

Державний вищий навчальний заклад  
Прикарпатський національний університет  
імені Василя Стефаника  
Факультет філології  
Кафедра загального та германського мовознавства

У.Л. Паньків

# *Legimus Latine*

**Збірник текстів з латинської мови  
для самостійної роботи студентів**

Івано-Франківськ  
2019

У хрестоматії “*Latine legimus*”, призначеній для самостійної роботи студентів гуманітарних факультетів, подаються адаптовані прозові тексти для перекладу з латинської мови, що містять інформацію про життя, звичаї, суспільний устрій, реальні та міфологічні події, пов’язані з культурою античного світу.

Пропонуються уривки з оригінальних поетичних творів відомих римських авторів Горация, Овідія, Катулла, Марціала.

Також подаються для вивчення найуживаніші зразки християнської латини.

Подано текст відомого студентського гімну.

Укладено латинсько-український словник, який містить використану у текстах загальнонавчальної лексику в основних словникових формах та власні назви, що допоможе студентам виробити навички майбутньої роботи з лексикографічними латинськими джерелами.

## Зміст

Textus .....	4
Latina Christiana .....	18
Versus .....	19
Латинсько-український словник .....	23

## ***Textus***

### **De Italiā**

Italia est magna paeninsūla Europae. Italia est terra Europae et patria linguae Latinae. Lingua Latina est lingua poētārum Romae antiquae. Poētae terram fecundam Italiae laudant. Incolae Italiae plerumque sunt nautae. Nota est audacia nautārum. Roma est patria litterārum Latinārum. Iam antiquitus ibi eloquentia et historia florent. Agricōlae et nautae saepe de Italia et de historia Romae familiis suis narrant.

### **De patriā nostrā**

Tabūlam Europae hodie vidēmus et terram nostram observāmus. Patria nostra Ukraina est, terra magna et pulchra in Europa sita. Polonia, Hungaria, Bogemia, Slavia finitīmae Ucrainae sunt. Roxolaniam poētae antiqui terram nostram appellant et historiam populi clari describunt. Incolae terrae nostrae agricolae plerumque sunt et impigre laborant: agros arant et hortos colunt. Poētae in patria nostra honorati sunt. Caput (столиця) Ucrainae Kiovia est. Kiovia est urbs (місто) magna et clara. Ibi multa et pulchra aedificia, templa, theatra et monumenta sunt. Patriam amāmus non quia magna est, sed quia nostra.

### **Populi Italiae antiquae**

In Italia antiqua populi multi habitant. Incolae Italiae Latini, Osci, Umbri, Sabini, Etrusci sunt. Sabini et Etrusci finitimi populo Romano et adversarii Romanōrum sunt. Ab Etruscōrum populo Romanos fluvius Tiberis separat. Populi antiqui non etiam agros arare, sed bella longa gerere debent, regna et familias magnas defendere. Nam vita humāna olim et hodie non est sine multis periculis. Romāni saepe vicos finitimōrum occupant et delent, postea

domīni ceterōrum populōrum Italicōrum sunt. Romani servos multos habent, sed inter domīnos et servos nulla amicitia est. Populi antiqui multos deos colunt, templa pulchra aedificant. In libris poētārum clarōrum de vitā Italiae antiquae legimus.

### **In schola**

Schola nostra haud procul a foro oppidi nostri sita est. De fenestris scholae discipūli aedificia alta et pulchra, vias latas et rectas, theatrum novum et hortum publicum vident.

In schola multa auditoria sunt. Discipūli in scholam veniunt. Ibi magistram salutant: “Salve, magistra!” Magistra respondet: “Salvēte, sodales!” Pueri et puellae in auditoriis legunt et scribunt. In bibliothecā autem discipūli libros legunt et ad litterārum studium se praepārant. Nostra bibliothēca magna est multosque libros habet.

### **Apud Barbāram**

Amīcae Barbāram puellūlam visitant. In mensā liba dulcia sunt. Sophia, Barbārae amīca, clamat: “O, quam bona liba! Optīma liba! Numquam apud te tam bona liba erant! Est-ne apud vos nova coqua an nova mater?”

### **De Aesculapio**

Multi apud Graecos clari medīci sunt. Primus Graecōrum medīcus Aesculapius est, vir doctus, perītus et ingeniōsus. Postea Aesculapius medicōrum deus est. In libris Homeri de libris Aesculapii legimus. Multa templa Graecōrum Aesculapio sacra sunt. Templa Aesculapii plerumque in lucis sunt; luci quoque deo sacri sunt. Medici Graecōrum ad templa domicilia habent. Virum aegrum medīci in templo ponēre solent. Cum aeger addormit, deus ei in somno medicīnam demonstrat. Aeger somnium medīcis narrat, et

medīci remedium designant. Si conualescit aeger, morbum suum et remedium in tabula inscribit et muro templi ponit. Ita gratias deo agit.

### **De Neptūno et Mercurio**

Graeci et Romāni non unum deum, sed multos deos deasque colēbant. Neptunus, domīnus marium et fluviōrum, in Oceāno habitābat. Ubi ventos et procellas excītat et mitīgat. Nautae Neptuno equos et tauros immolābant. Mercurius, deus mercaturae, erat nuntius deōrum. Praeterea anīmos mortuōrum ad infēros deducēbat. Ita in fabūlis poētae antiqui narrābant.

### **Pater familias docet**

Filii agricolae cuiusdam (якогось) semper inter se litigābant. Pater ad concordiam eos revocābat et monēbat: “Filii mei! Obtemperāte mihi et concordiam colīte! Concordia amorem autem nutrit!” Sed filii praecepta patris neglegābant. Tum agricola virgulārum fasciculum filiis dat et: “Fasciculum eum – inquit, – frangīte!” Sed filii frustra fasciculum frangēre studēbant. Tum pater singulas virgulas singulis filiis dat et: “Nunc, – inquit, – virgulas singulas frangīte!” Facīle eos (ix) frangēbant. Tum pater: “Id vobis exemplo erit! Tuti ab iniuriā inimicōrum erītis, quamdiu inter vos amor et concordia erit. Memoriā verba tenēte: concordia parvae res crescunt, discordiā magnae dilabuntur.”

### **De bellis**

Antiqui Graeci et Romāni bella gerēbant, terras populōrum finitimōrum invadēbant, incolas interficiēbant aut captīvos secum asportābant, popūlos victos premēbant. In numēro servōrum apud Graecos nec non apud Romānos multi captīvi erant. Bella antiquis popūlis grata erant.

Nobis autem bella odiōsa sunt. Itaque bella vitabimus, inimicōrum copias non timebimus, iustitiam, concordiam atque amicitiam inter popūlos colēmus, patriae divitias magnas parabimus!

### **De viro cupido**

Vir quidam gallīnam habēbat, quae cotidie ovum aureum pariēbat. Homo cupidus contentus non erat iis ovis, quae, cotidie accipiēbat, et: “Certe, – inquit, – magna copia auri intra ventrem gallīnae inest: occidam illam et omne aurum habebo”. Necat igītur gallīnam, sed nihil invenit; itaque neque aurum, neque ova, neque gallīnam habet. Recte igītur proverbium: avarus semper eget; atque illud: rarus fortunā suā contentus.

### **Duo muli**

Duo muli sarcinis onusti per angustias iter faciēbant. Alter fiscos pecuniae plenos portābat, alter saccos hordei. Mulus autem, qui pecuniam portābat, socium eius placīde sequebātur. Muliōnes fugant ferroque mulum divitiis onustum vulnerābant, dum eius comīti parcebant. Mulo primo furunculi ex insidiis advōlant. Tum animal semimortuum fortunam suam lamentabātur et alteri dicēbat: “Cur tibi furunculi parcēbant et me interficiēbant?” “Num ignoras, – respondebat mulus, qui hordeum vile gerēbat, – pecuniae semper divitias furunculōrum movent et semper periculōrum causae sunt?”

### **De muliēre naufrāgā**

Muliērem naufrāgam in insulā vidēmus. En, navis insulāe appropinquat, navis praefectus in terram descendit, muliēri appropinquat et: “Auxilio tibi venīmus, – inquit. – Festīna! Festīna! Celerīter mecum navem ascende!” Cui mulier: “In nave viros multos video! Navem ascendere debeo? Tali veste ornāta? Capillis incomptis? Malo in insulā manere et hic mori!”

## **De Apollīne et Diāna**

Apollo a Graecis et Romānis frater Diānae putātur. Pater eōrum erat Iuppīter, mater – Latōna. Apollīnis in tutēla erant poētae. Comītes Apollīnis erant Musae. Poētae antiqui Apollīnem Musārum ducem, poētārum patrem, carmīnum auctōrem, medicīnae inventōrem nomīnant. Apollīni oraculum Delphīcum sacrum erat. Ibi deus hominībus per Pythiam sacerdotem futūra nuntiābat. Sacerdōtes Delphīci erant custōdes fidi Apollīnis templi. Pariētes templi Delphici multis donis ornabantur.

## **Mare**

Mare est vastum et profundum. In mari multa et mira animalia sunt. Maria sunt circum terras. Natura marium varia est; alia maria sunt frigīda, alia calīda. Autumno et hiēme maria nautis magis periculōsa sunt quam aestate. In alto mari tempestātes non periculōsae sunt. Nautae impavīdi maria laudant, nam semper in mari periculōso sunt. Audacia nautārum nota est.

## **De Scythia**

Scythia includitur ab uno latēre Ponto, ab altēro montībus Riphēis, a tergo Asiā ac Phasi flumīne. Ea multum in longitudīnem et latitudīnem patet. Hominībus inter se sunt nulli fines, neque enim agrum exercent, nec domicilium aut tectum aut sedes habent; armenta et pecōra per incultas solitudīnes semper pascunt. Uxōres liberosque suos secum in plaustris vehunt, quae (яки) pro domībus habent.

Iustitia gentis morībus regitur, non legībus. Nullum scelus apud eos sic grave est, quam furtum, quippe sine munimento pecōra et armenta habent. Aurum et argentum, quae reliqui mortāles appētunt, neglīgunt. Lacte et melle vivunt. Usus lanae iis ignōtus est, nam pelles ferīnas pro vestībus habent. Ea continentia morum quoque iustitiam gignit, quippe ibīdem divitiārum cupīdo est, ubi est usus.



## **Ordīnes in Roma**

Romae libēri cives et servi erant. Libēri cives in negotiis publicis totum fere tempus consumēbant et in Foro congregabantur, in servos autem omnes difficīles labōres imposīti erant. Tamen etiam cives non omnes inter se pares putabantur. Nam eis, qui claros maiōres habēbant, via ad omnes honōres patēbat, nomen eis erat patricii. Relīqua autem pars, quae nomen plebs habēbat, minus in civitāte valēbat, inter eos multi mercatōres et opifices erant.

Erat apud Romānos quoque vetus mos, quo (за яким) homīnes paupēres sibi inter nobīles patrōnos sumēbant et eis se commendābant. Patrōnus clientes suos (id autem nomen habēbant) in iudiciis defendēre, praeterea cibo aut pecuniā adiuvare debēbat. Grati clientes patrōno multa officia praestābant etiam quotidieque mane domīnum salutābant et in Forum eum deducēbant. Quo plures clientes patricius habēbat, eo magis inter cives valēbat.

Erat etiam inter libēros cives et servos discrīmen in vestimentis. Nam servi modo tunīcam, libēri super tunīcam togam induēbant. Toga insigne civis Romāni putabātur.

## **De causa belli Troiāni**

Pelēus, rex Thessaliae, ad suas nuptias cum Thetīde deā omnes deos convocāvit praeter Discordiam. Quae dea, irā commōta, discordiam concitāre constituit et ab ianua in mensam convivārum malum aureum iecit cum inscriptīone: “Pulcherrīmae” (найкрасивішій). Magna fuit controversia inter Junōnem, Mīnervam et Venērem, nam sibi quaeque malum iudicābat. Denīque Juppīter imperāvit Mercurio deducēre eas certantes ad Parīdem, filium regis Priāmi, qui tunc greges in monte Ida pascēbat. Juno Parīdi potentiam, Mīnerva sapientiam, Venus autem Helēnam, pulcherrīmam omnium muliērum, promīsit. Paris, pollicitationībus motus, Venēri praemium pulchritudīnis dat. Paulo post Paris Helēnam, Menelāi regis uxōrem,

auxilio Venēris rapuit eamque in conjugio habuit. Hinc bellum Troiānum inceptum est, quos multos annos continēbat. Denīque Troia a Graecis dolo capta et delēta est.

### **De victoriā**

Victoria in pugnis et gloria in vita semper antiquis hominībus grata fuit. Milīti forti nulla itinēra longa, nulli hostes terribīles sunt. Nihil apud Lacedemonios turpius erat milīti quam e pugna sine clipeo redīre. “Aut cum scuto, aut in scuto”, – antiqui dixērunt et certamīna multa gessērunt (altēri pro victoria et gloria, altēri pro libertāte patriae).

Brennus, dux Gallōrum, Romānis, quos proelio ad Alliam commisso vicērat, dixit: Vae victis! C.I. Caesar, postquam a Pharnāce, rege Pontīco, victoriam reportāvit, ad amīcum suum scripsit: Veni, vidi, vici. Victoria curam amat. Concordiā civium civitas firmātur, discordiā delētur, concordiā victoria gignitur.

### **De Mario et Sulla**

Marius et Sulla, viri genēre et ingenio dissimīles, sed pares gloriae cupiditāte, auctōres belli civilis Romanōrum erant. Gaius Marius, humīli loco natus, vir erat anīmo aspēro et crudeli, rudis litterārum, sed insigni robōre corpōris et belli perītus. Sulla, nobīli natus, forti et audāci animo egregiaque cognitiōne Romanōrum et Graecōrum litterārum imbutus erat. Romae tum gravia et tristia tempōra erant. Milītes Marii Romam quasi hostilem urbem tractābant, cives nobiles necābant, omnia ferro ignique vastābant. Postea Sulla urbem occupābat.

### **De lupo esurienti**

Lupus esuriens cibum quaerēbat. Tandem audit intra casam rustīcam puerum plorantem et matrem clamitantem: “Nisi desines,

lupo te dabo!” Itaque lupo praedam exspectans totum diem ibi adstabat. Sed sub vesperum audit matrem dicentem: “Mi fili, bono animo es! Lupo te non habebit: si veniet, necabimus eum”. Tum lupo tristis recedens: “Homines, – inquit, – alia dicunt, alia sentiunt”.

### **Musca et taurus**

In cornu tauri parva sedēbat musca: “Si te nimis gravo, – inquit, – statim avolābo”. Tum taurus: “Ubi es? Nihil sentio”.

### **De amicitia certā**

Duo amīci per silvam ingentem ambulābant. Subito procul ursum magnum vident. Sextus celēri gradu fugit et arborem ascendit. Publius solus manet et mortem ante oculos habet; sed magistri verba memoriā tenet: “Ursus mortuorum corpōra non attingit”. Itaque in terra ut mortuus se prosternit spiritumque continet. Iam ursus advēnit, corpus Publīi spectat, sed hominem mortuum putat et intactum relinquit. Ita casu felīci puēri pericūlo liberāti sunt. Tum Sextus per iocum amīcum interrōgat: “Quid tibi ursus in aurem insurrāvit (прошепотів)”. At Publius: “Proverbium pulchrum: *amīcus certus in re incerta cernitur*”.

### **De exercitu Romāno**

Exercitus Romānus de equitatu et peditatu constabat. Exercitus Romānus pro patria pugnābat et victoria exercituum gloriam magnam patriae parābat. Exercitui Romāno populus gratias agēbat, nam oppīda, vicos, agros, templa deorum defendēbat. Poētae saepe laudant exercitus, qui patriam defendunt, et de exercituum victoriis saepe narrant. Cornua et tubae exercitum ad pugnam vocant.

## **De domis Romanōrum**

Romani, postquam luxuriam adamabant, magnificas domos sibi aedificābant. Domus eōrum non multas et parvas fenestras habēbant, sed magnam lacunam in medio tecto. Per eam pluvium complebat impluvium in solo factum. Ante januam erat vestibulum, post januam ostium cum cella ostiarii. Ex ostio introitus erat in magnum et latum atrium, ubi servi et amīci mane salutābant domīnum et familia interdū habitābat. Erat in atrio focus, locus sacer, ubi tota familia deis domesticis sacrificābat. Ornabatur atrium avōrum simulacris, e cera factis; columnae portabant tectum. Circum atrium sita erant cubicūla et triclinia, ubi cenabant, cellae denique servōrum. Post domus hortus erat.

## **De re publicā Romāna**

Res publicā – res populi est. Variāe sunt formae et status rerum publicārum. Gloriam rei publicae exercitus defendit. Viri boni rem publicāam amant, in rebus secundis et in rebus adversis rei publicae commodos disputant. Vir bonus nullum periculum pro re publica, nullum incommodum pro patria vitat. Fidem virōrum Romanōrum poētae saepe laudabant. Diebus festis populus Romanus deis deasque sacrificabat et pro re publica deos orabat.

Orator Romānus ita rem publicam praedicābat: “Res publica omnībus Romānis cara est. Rei publicae omnes cives serviunt et pro patria vitam dabunt. Rerum gestārum memoria nobis grata est; boni enim cives in rebus secundis et in rebus adversis rei publicae fidem servant. Incolārum fides rei publicae fundamentum est et in fide concordiaque incolārum spes rei publicae sita est”.

## **Dies apud Romānos**

Dies pars mensis est. Hora est pars diei. Dies diei similis non est. Dies diem docet. Die homīnes laborant, noctu dormiunt. Aestāte

dies longi sunt, hiēme breves. Motus terrae est causa longitudinis diērum et noctium. In regiōnibus nostris noctes diēbus pares non sunt. Multi homīnes celebrant dies natales. Apud Romanos nomina dierum erant: dies Solis, dies Lunae, dies Martis, dies Mercurii, dies Jovis, dies Veneris, dies Saturni.

### **Formica et columba (fabula)**

In fluvii ripā columba pennas lavābat. Formicam in aquā vidit. Formica, semimortua in undis, multis lacrimis columbam implorabat. Tum columba herbam bestiōlae suppeditāvit. Formīca statim ad ripam venit. Agricola autem iam sagittam contra columbam paravit. Tum formica agricolae plantam vulneravit. Agricola autem iam sagittam iactāvit, columba sagittam audīvit et avolāvit. Sic formica grata columbam servāvit.

### **De arte libraria**

Apud vetēres Romānos opēra scriptōrum non arte typographīca, ut nunc, multiplicabantur, sed a servis, ad id destinātis, transscribebāntur. Unus ex eis dictābat, reliqui calāmis, atramento tinctis scribēbant. Ita uno tempōre multa exemplāria parabantur. Alii libri erant in charta scripti, ex papyrō facta, alii in membrāna, ex corio parāta. Singūlae pagīnae, inter se conglutinātae, in umbilīcum volvebāntur, unde libri appellabāntur volumīna; haec in scriniis servabantur.

In Foro Romāno erant multae tabernae bibliopolārum; inde libri in ultīmas terras imperii Romāni dimittebantur. Romae homīnes divītes saepe cum summo studio magnas bibliothecas sibi comparavērunt.

In usu quotidiāno erant tabūlae cerātae, in quibus littērae stilo exarabantur. Qui scriptum emendāre statuērat, is lata stili parte ea, quae scripsērat, delēbat. Unde illud dictum: “Saepe stilum verte”.

## **Aedificia in Romā**

Romae erat vir, Appius Claudius nomīne. Magnum et longum aqueductum aedificāvit. Romāni hunc aqueductum ab eius nomīne appellavērunt. Aqueductus aquam bonam in urbem Romam portāvit. Appius Claudius etiam longam et bonam viam ad oppidum Capuam Italiae aedificāvit. Hanc viam “Via Appia” Romāni appellavērunt. Erant multae aliae viae in Italia, sed Via Appia clarissīma erat.

In Via Appia multi Romāni ambulābant. Agricōlae frumentum portābant et amīcos salutābant. Inter femīnas et viros puēri et puellae erant. In carris stabant et cum amīcis in via clamābant. Magnus numērus agricolārum prope Viam Appiam habitābant. Diu laborābant et multum frumentum carris ad villis portābant. Via et aqueductus in Italia hodie manent.

## **Saeculum Augusti**

Vergilius, Horatius, Ovidius poētae celeberrīmi Romanōrum fuērunt. Ei omnes amici Augusti erant, nam divus Augustus littēras amābat. Horatius clarior quam Tibullus, sed clarissīmus omnium poētārum Romanōrum Vergilius erat. Pulcherrīmum opus Vergilii de Aenea narrat. Titus Livius, historiārum scriptor, item amīcus Augusti erat. “Saecūlum Augusti” aetas appellātur, in qua litterae et utilissima opera scriptōrum Romanōrum ad nostra usque tempora pervenērunt.

## **De educatiōne in Sparta**

Athenienses artībus et littēris illustriōres erant, Spartāni autem omnium Graecōrum fortissīmi. Asperrīmis enim morībus a pueris educabāntur et ad belli labōres maxīme idonei erant. Etiam hieme acerrima, levissima veste induebāntur. Attamen frigōra atrocissīma tolerābant quotidie in frigidā Eurotae aquā natantes et, pedībus nudis, celerrīmo gradu, montes maxīme arduos ascendentes. Sitim quoque

et famem patiebāntur. Itaque in bello plerumque superiores, raro inferiores, fuērunt.

### **Cicēro et Lentūlus**

Lentūlus, Cicerōnis gener, humillīma erat figurā et maxīme exiguo corpōre. Longissīmo gladio aliquando cinctus in foro ambulābat. Tum Cicēro: “Quis, – inquit, – genērū meum ad gladium alligāvit?”

### **Augustus et filia Julia**

Julia, Octaviāni Augusti filia, venit aliquando ad patrem luxuriōre vestītu, quod patri non placuit. Postēro die Julia modeste vestīta ad Augustum venit, qui gaudium non continuit: “Quantum hic habitus, – inquit, – aptior est Augusti filiae”. Cui illa: “Hodie enim me patris oculis ornāvi, heri – oculis viri”.

### **De puero mendāci**

Puer, custos ovium, saepe per iocum auxilium rogāvit magna voce clamans: “Auxilium mihi date! Lupus adest!” Vicīni auxilio veniēbant, sed lupum non vidēbant, et puer eos irridēbat. Aliquando lupi re vera in oves irruērunt, et puer, ut antea, clamāvit: “Lupi adsunt! Auxilium mihi date!” Sed nemo puēri mendāci credidit neque ei auxilium dedit, et lupi multas oves arripuērunt.

### **Memorabīle dictum**

Nemo nostrum idem est in senectūte, qui fuit juvēnis, nemo est mane, qui pridie; quidquid vides, currit cum tempōre, nihil ex his, quae vidēmus, manet. Hoc est, quod ait Heraclītus: “In idem flumen bis non descendīmus, manet idem flumīnis nomen, aqua transmissa est”.

## **De Themistocle**

Apud Graecos Themistocles Atheniensis, vir ingenii et mentis incredibilis vixit. Civibus omnibus eius memoria singularis nota erat. Omnia, quae audierat et viderat, memoriā tenuit. Themistocles inquit: “Oblivisci discere malo. Nam memoriā teneo etiam ea, quae nolo, oblivisci non possum, quae volo”.

## **De urbis Romae monumentis**

In antiqua descriptione urbis Romae, orbis terrarum capitis, omnia aedificia enumerantur.

Romae erant octo pontes, duodecim fora, octo campi, triginta septem portae, inter quas clarissima Porta Appia, quadringenti viginti tres vici, mille nonaginta domus, multae insulae, duo macella in Coelio et Aesquilino sita, ducenta horrea, decem thermae, viginti aqueductus, octoginta balnea, mille putei, duo Capitolia, alterum in monte Capitolio, alterum in colle Quirinali, quadringenta templa, duo amphitheatra, tria theatra, duo circi, quinque naumachiae, triginta arcus e marmore.

## **De Demosthene et fure**

Demosthēni fur quidam rem pretiosam arripuit; qui captus ita se defendere studēbat: “Nesciēbam id tuum esse”. Cui Demosthenes: “At id tuum non esse satis sciebas”.

## **De discipulo pigro**

Me miserum, amici cari! Cur? Etiam rogātis! Magister meus severus est. Poetae noti et crudeles carmina longissima scripsērunt, sed memoria mea epigrammata brevia non retinuit. Quid agam? Semel lexi, bis scripsi, horas etiam novem dormio. Marcus, amicus verus, pridie mihi auxilio venit, et nihil hodie nescio. Ah, audītis? “Scio, me nihil scire!” Nonne philosophus clarus ero?



Vae mihi! Cras in scholam ire debeo... Quid parentibus dulcissimis dicam? Felicissimi me "in via ad scientias" spectantes et libri novi observantes fuerunt. Ac ego? Di omnes populi Romani, adiuvate me! Simillimus discipulis optimis esse volo et diligentissimus omnium puerorum ero!

### **De Solone et Croeso**

Croesus in Asiae urbe habitabat, cui nomen erat Sardes. Hic rex, cujus divitiae ingentissimae erant, magnam potentiam habuisse videtur. Aliquando Solo Atheniensis, unus e septem sapientibus, qui leges utilissimas Atheniensibus scripsit, ad Croesum venisse dicitur. Postquam jussu regis omnes divitiae regales ei monstratae sunt, Croesus eum interrogavit: "Quem omnium hominum felicissimum esse putas?" Tum ille: "Tellum Atheniensem felicissimum omnium puto, nam ei boni et probi liberi erant, et ipse, pro patria pugnans, morte honestissimam vitam finivit". Cui rex iratus: "Cur non me, – inquit, – tam divitem hominem, sed Tellum quondam felicissimum esse credis?" Ei Solo: "Fortuna humana, – inquit, – saepe mutatur. Quid incertius est opibus et divitiis? Nemo ante mortem a me felix nominabitur".

Haec verba Solonis Croeso non placuerunt, sed paulo post a Cyro, rege Persarum, in pugna victus ipse de felicitate sua dubitare coactus est.

**Latina Christiana**  
**Oratio dominica Pater noster**

Pater noster, Qui es in coelis:  
sanctificetur Nomen Tuum.  
Adveniat regnum Tuum.  
Fiat voluntas Tua sicut in coelo, et in terra.  
Panem nostrum quotidiānum da nobis hodie.  
Et dimitte nobis debīta nostra,  
sicut et nos dimittīmus debitorībus nostris.  
Et ne nos inducas in tentatiōnem.  
Sed libēra nos a malo. Amen.

**Ave, Maria**

Ave, Maria, gratia plena, Domīnus tecum.  
Benedicta Tu in mulierībus,  
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.  
Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatorībus,  
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

**Euangelium secundum Lucam.**  
**Petīte et dabītur vobis (11, 9-14)**

Petīte, et dabītur vobis: quaerīte, et invenietis; pulsate, et aperiētur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit; et qui quaerit, invenit; et pulsanti aperiatur. Quis autem ex vobis patrum petit panem, numquid lapīdem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petiērit ovum; numquid porriget illi scoriōnem? Si ergo vos cum sitis mali, noscitis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester de caelo dabit spirītum bonum petentībus se?

In nomīne Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

## *Versus*

1. *Ádmirror té, pariés, nón cecidísse ruínis,  
Quí tot scríptorúm toédia sústineás.*  
(Графіті у Помпеях)
2. *Bálnea, vína, Venús corrúmpunt córpora nóstra,  
séd vitám faciúnt bálnea, vína, Venús.*  
(Напис на стіні)
3. *Cárpíte flórem,  
Quí, nisi cárptus erít, túrpīter ípse cadét.*  
(Ovidius *Ars amatoria*)
4. *Cúm subit illiús tristíssima nóctis imágo,  
quá mihi súpremúm témpus in úrbe fuít,  
cúm repetó noctém, qua tót mihi cára relígui,  
lábitur éx oculís núnc quoque gútta meis.*  
(Ovidius *Tristia*)
5. *Díffícilís, facilís, iucúndus, acérbus es ídem;  
néc tecúm possum vivere néc sine té.*  
(Martialis XII 46)
6. *Dónec eris felíx, multós numerábis amícos:  
Témpora sí fuerínt núbila, sólus eris!*  
(Ovidius *Tristia* I 9, 5-6)

7. Gúttá cavát lapidém non ví, sed saepe cadéndo,  
Síc homo fít doctús non ví, sed saepe studéndo.

8. Ód(i) et amó. Quar(e) íd faciám, fortásse requíris.  
Néscio, séd fierí sénti(o) et éxcruciór.

(Catullus Veronensis Carmen 85)

9. Póma dat autómnús, formósa (e)st méssibus áestas,  
Vér praebét florés, ígne levátur hiéms.

(Ovidius Remedia amōris 187-188)

10. Séx horás dormíre sat ést iuveníque seníque,  
Dá septém pigró, nullí concésseris ócto.

11. Tháís habet nigrós, niveós Laecánia déntes:  
Quae ratió (e)st? Emptós haéc habet, ílla suós.

12. Quód tam gránde “sophós” clamát tibi túrba togáta,  
nón tu, Pómponoí, céna disérta tuá (e)st.

(Martiālis VI 48)

## **METAMORPHOSES, I, 89-144**

### Quattuor aetates describuntur

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo  
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.  
Poena metusque aberrant, nec verba minantia fixo  
aere legebantur, nec supplex turba timedat  
iudicis ora sui, sed errant sine vindice tuti.

## **GAUDEAMUS**

### (CARMEN SCHOLASTICUM)

Gaudeamus igitur  
Iuvenes dum sumus!  
Post iucundam iuventutem  
Post molestam senectutem  
Nos habebit humus.

Vita nostra brevis est  
Brevi finietur.  
Venit mors velociter  
Rapit nos atrociter  
Nemini parcetur.

Vivat academia,  
Vivant professors!  
Vivat membrum quodlibet  
Vivant membra quaelibet  
Sempre sint in flore!

Vivant omnes virgines,  
Faciles, formosae!  
Vivant et mulieres,  
Tenerae, amabiles,  
Bonae, laboriosae.

Vivat et respublica,  
Et qui illam regit!  
Vivat nostra civitas,  
Maecenatum caritas  
Quae nos hic protegit.

Pereat tristitia,  
Pereant dolores.  
Pereat diabolus,  
Quivis antiburschius  
Atque irrisores!

## **Quintus Horatius Flaccus**

### **Epodos**

2 Beātus ille qui procul negotiis,  
Ut prisca gens mortalium,  
Paterna rura bobus exercet suis  
Solutus omni fenore,  
Negu(e) excitatur classico miles truci  
Nec horret iratum mare,  
Forumque vitat et superba civium  
Potentiorum limina.

### **Ad Melpomenen**

#### **Carmina, III, 30**

Exegi monumentum aere perennius  
Regalique situpyramidum altius,  
Quod non imber aedax, non Aquilo impotens  
Posit diruere aut innumerabilis  
Annorum series et fuga temporum.

Non omnis moriar, multaque pars mei  
Vitabit Libitinam: usque ego postera  
Crescam laude recens, dum Capitolium  
Scandet cum tacita virgine pontifex.

Dicar, qua videns obstrepit Aufidus  
Et qua pauper aquae Daunus agrestium  
Regnavit populorum, ex humili potens,  
Princeps Aedium Carmen ad Italos  
Deduxisse modos. Sume superbiam  
Quaesitam meritis et mihi Delphica  
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

## Латинсько-український словник

### Аа

<b>a, ab</b> (з Abl.)	від, із, услід
<b>absolvo, solvi, solūtum, solvĕre</b>	звільняти, сплачувати
<b>ac, atque</b>	і, а також, однак, навіть
<b>accipio, cēpi, ceptum, ĕre</b>	отримувати
<b>acer, acris, acre</b>	різкий, суворий
<b>acerbus, a, um</b>	терпкий, різкий, похмурий
<b>acta, ōrum n</b>	діяння
<b>adamo, āvi, ātum, āre</b>	любити, поважати
<b>ad</b> (з Acc.)	до, на, біля, майже
<b>addormio, īvi, ītum, īre</b>	засинати, спати
<b>adiuvo, āvi, ātum, āre</b>	допомагати, підтримувати
<b>admiror, ātus sum, āri</b>	дивуватися
<b>adsum, affui, adesse</b>	бути присутнім, допомагати
<b>advenio, vēni, ventum, īre</b>	приходити, наближатися
<b>adversarius, ii m</b>	ворог, супротивник
<b>advocatus, i m</b>	судовий захисник, адвокат, вїйт, князь
<b>advōlo, āvi, ātum, āre</b>	виникати, з'являться, прилітати
<b>aedificium, ii n</b>	будівля, споруда
<b>aedifico, āvi, ātum, āre</b>	будувати
<b>aeger, gra, grum</b>	хворий
<b>aestas, ātis f</b>	літо
<b>aetas, ātis f</b>	вік, століття, епоха
<b>aeternum</b>	завжди, постійно, назавжди, навіки
<b>aequo, āvi, ātum, āre</b>	рівняти
<b>ager, gri m</b>	поле
<b>ago, ĕgi, actum, ĕre</b>	робити, здійснювати
<b>agricola, ae m</b>	землероб
<b>ah</b>	ах! ох! гай-гай!
<b>aio, – , – , aiĕre</b>	підтверджувати, говорити
<b>alea, ae f</b>	жереб
<b>aliĕnus, a, um</b>	чужий, інший
<b>aliquando</b>	якось, одного разу
<b>alius, a, ud</b>	один – інший

<b>almus, a, um</b>	живильний, доброчинний
<b>alpha</b>	альфа (перша літера старогр. алфавіту)
<b>alter, altēra, altĕrum</b>	один з двох, другий, інший
<b>altus, a, um</b>	високий, шляхетний, глибокий
<b>amabīlis, e</b>	милий, люб'язний, ласкавий
<b>ambulo, āvi, ātum, āre</b>	прогулюватися, проходити
<b>amens, ntis</b>	шалений, божевільний
<b>amica, ae f</b>	подруга
<b>amicitia, ae f</b>	дружба
<b>amīcus, i m</b>	друг, товариш
<b>amo, āvi, ātum, āre</b>	любити, бути вдячним
<b>amor, oris m</b>	кохання, пристрасть
<b>amphiteatrum, i n</b>	амфітеатр
<b>an</b>	або, чи
<b>anathema, atis n</b>	прокляття, відлучення від церкви
<b>angelus, i m</b>	вісник, гонець, ангел
<b>angustiae, ārum f</b>	ущелина, долина, скрута, злиденність
<b>anīma, ae f</b>	душа, життя
<b>anīmal, ālis n</b>	тварина
<b>animula, ae f</b>	душа
<b>anīmus, i m</b>	дух, думка, душа, свідомість
<b>annus, i m</b>	рік
<b>ante (з Acc.)</b>	перед, до
<b>antiquitus</b>	давно, у давнину
<b>antiquus, a, um</b>	стародавній, минулий, античний
<b>apage</b>	геть! відійди!
<b>aperio, perui, pertum, īre</b>	відкривати, відчиняти
<b>appello, āvi, ātum, āre</b>	називати
<b>appeto, petivi, petītum, ěre</b>	захоплювати, прагнути
<b>apostolus, i m</b>	апостол
<b>appropinquo, āvi, ātum, āre</b>	наближатися
<b>apud (з Acc.)</b>	у, при, біля
<b>aptus, a, um</b>	зручний, доцільний
<b>aqua, ae f</b>	вода
<b>aqueductus, i m</b>	водогін
<b>aquila, ae f</b>	орел



<b>ara, ae f</b>	жертвник, вівтар
<b>arbiter, tri m</b>	третейський суддя, арбітр
<b>arbor, ōris f</b>	дерево
<b>arcus, us f</b>	арка
<b>arduus, a, um</b>	високий, крутий
<b>argentum, i n</b>	срібло
<b>argumentum, i n</b>	доказ, аргумент
<b>arma, ōrum n</b>	зброя
<b>armentum, i n</b>	худоба, стадо
<b>aro, āvi, ātum, āre</b>	орати
<b>arripio, ripui, reptum. ěre</b>	хапати, завойовувати
<b>ars, artis f</b>	мистецтво, ремесло, майстерність
<b>ascendo, scendi, scensum, ěre</b>	сходити, підніматися, вилазити
<b>aśinus, i m</b>	осел
<b>asper, ěra, ěrum</b>	гострий, суворий
<b>asporto, āvi, ātum, āre</b>	перевозити
<b>astrum, i n</b>	зірка, сузір'я
<b>attāmen</b>	однак, все таки
<b>atramentum, i n</b>	чорнило, темна фарба
<b>atrium, ii n</b>	атрій
<b>atrox, ōcis</b>	суворий, гострий
<b>attingo, tigi, tactum, ěre</b>	доторкатися, чіпати
<b>auctor, ōris m</b>	автор, засновник, керівник
<b>audacia, ae f</b>	відвага, сміливість
<b>audax, ācis</b>	відважний, сміливий, зухвалий
<b>audio, ii, itum, ĩre</b>	слухати, коритися
<b>auditorium, ii n</b>	аудиторія
<b>aula, ae f</b>	двір, палац, князівська влада
<b>aureus, a, um</b>	золотий
<b>auris, is f</b>	вухо, слух
<b>aurum, i n</b>	золото
<b>aut ... aut</b>	або ... або, чи ... чи
<b>autem</b>	але, однак, проте
<b>autumnus, i m</b>	осінь
<b>auxilium, ii n</b>	допомога, підтримка
<b>avārus, a, um</b>	скупий, жадібний

aveo, -, -avere  
avis, is *m*  
avolo, āvi, ātum, āre

## **Bb**

balneum, i *n*  
barba, ae *f*  
beātus, a, um  
beneficium, i *n*  
bellum, i *n*  
bene  
benedictus, a, um  
bestia, ae *f*  
bestiola, ae *f*  
biblia, ae *f*  
bibliotheca, ae *f*  
bibo, bibi, -, ěre  
bis  
blondus, a, um  
bonus, a, um  
brevis, e

## **Cc**

caecus, a um  
caecus, i *m*  
caelum, i *n*  
caenum, i *n*  
cado, cecīdi, casurus, ěre  
calamitas, ātis *f*  
calāmus, i *m*  
calīdus, a, um  
campus, i *m*  
cancer, cri *m*  
canis, is *m*  
cano, cecini, cantum, ěre  
capillus, i *m*

бути здоровим  
птах  
відлітати

баня, ванна  
борода  
щасливий  
благодіяння, послуга  
війна, бій, сутичка  
добре  
благословенний  
тварина, звір  
тварина  
біблія  
бібліотека  
пити, вбирати  
двічі, два рази  
русявий, світлий  
добрий, хороший  
короткий

сліпий  
сліпець  
небосхил, небо, повітря  
бруд, нечистота, болото  
падати, гнути  
біда, небезпека  
перо  
теплий, гарячий  
поле  
рак  
собака  
співати  
волосся

**capio, cēpi, captum, ěre**  
**captivus, i m**  
**capto, āvi, ātum, āre**  
**caput, ĩtis n**  
**carmen, ĩnis n**  
**carpo, psi, ptum, ěre**  
**carrus, i m**  
**carus, a, um**  
**casa, ae f**  
**castigo, āvi, ātum, āre**  
**casus, us m**  
**causa, ae f**  
**caveo, cavi, catum, ěre**  
**celeber, bris, bre**  
**celebro, āvi, ātum, āre**  
**celer, is, e**  
**celerĭter**  
**cella, ae f**  
**celo, āvi, ātum, āre**  
**cena, ae f**  
**ceno, āvi, ātum, āre**  
**cera, ae f**  
**cerātus, a, um**  
**cerno, crevi, cretum, ěre**  
**certāmen, ĩnis n**  
**certe**  
**certo, āvi, ātum, āre**  
**certus, a, um**  
**ceter, ěra, ěrum**  
**charta, ae f**  
**chritiānus, i m**  
**cibus, i m**  
**cicatrix, icis m**  
**cingo, cinxi, cinctum, ěre**  
**circulus, i m**  
**circum (з Acc.)**

брати, захоплювати, ловити  
полонений  
хапати, ловити  
голова, столиця, розділ книги  
пісня  
зривати, хапати, ловити  
підвода  
цінний, дорогий  
хата, житло  
бити, карати  
випадок, відмінок  
справа, причина  
остерігатися, бути пильним  
славний, знаменитий  
славити, повідомляти  
швидкий, рішучий  
старанно  
кімнатка, комора  
приховувати  
обід, трапеза  
обідати  
віск  
навощений, восковий  
розрізняти, пізнавати  
битва, бій, сутичка  
точно, вірно  
сперечатися  
справжній, визначений  
інший, другий  
лист, папір  
християнин  
їжа  
шрам  
оперізувати, оточувати  
круг  
довкола, навколо

<b>circus, i m</b>	цирк
<b>cito</b>	швидко
<b>citus, a, um</b>	швидкий
<b>civilis, e</b>	цивільний, громадянський
<b>civis, is m</b>	громадянин
<b>civitas, ātis f</b>	державна
<b>clamo, āvi, ātum, āre</b>	кричати, гукати
<b>clarus, a, um</b>	світлий, відомий, знаменитий
<b>cliens, ēntis m</b>	клієнт
<b>clipeus, ii m</b>	щит, сонячний диск
<b>cogito, āvi, ātum, āre</b>	думати, мислити
<b>cogo, coēgi, coactum, ēre</b>	зганяти, збирати, змушувати
<b>cognitio, ōnis f</b>	ознайомлення, пізнання, розгляд
<b>cognosco, novi, notum, ēre</b>	пізнавати, осягати, вистежувати
<b>collegium, ii n</b>	товариство, колегія
<b>collis, is m</b>	пагорб
<b>colo, colui, cultum, ēre</b>	обробляти, доглядати
<b>color, oris m</b>	колір, зовнішній вигляд
<b>columba, ae f</b>	голуб, голубка
<b>columna, ae f</b>	колона
<b>comes, itis m</b>	супутник, союзник
<b>commendo, āvi, ātum, āre</b>	віддавати
<b>committo, mīsi, missum, ēre</b>	зводити, скріплювати
<b>commōdum, i n</b>	зручність, користь
<b>commōtus, a, um</b>	зворушений
<b>comparo, āvi, ātum, āre</b>	готувати
<b>compleo, ēvi, ētum, ēre</b>	наповнювати, виконувати
<b>concedo, cessi, cessum, ēre</b>	віддавати, дозволяти
<b>concito, āvi, ātum, āre</b>	швидко рухати, викликати
<b>concordia, ae f</b>	згода
<b>condicio, ōnis f</b>	стан, обставини, умова
<b>condo, didi, ditum, ēre</b>	засновувати
<b>confessus, a, um</b>	всіма визнаний, незаперечний
<b>conglutinātus, a, um</b>	об'єднаний, скріплений
<b>congrego, āvi, ātum, āre</b>	зганяти, збирати
<b>coniugium, ii n</b>	шлюб, подружжя

<b>constituo, stitui, stitūtum, ěre</b>	встановлювати, вирішувати
<b>consto, stiti, staturus, āre</b>	стояти, складатися
<b>consuetudo, ĩnis <i>f</i></b>	звичка
<b>consul, is <i>m</i></b>	консул
<b>consūmo, sumpsi, sumptum, ěre</b>	витрачати, вживати, вичерпувати
<b>contentus, a, um</b>	задоволений
<b>continentia, ae <i>f</i></b>	стриманість
<b>contineo, tinui, tentum, ěre</b>	тримати, затримувати
<b>contra (з Acc.)</b>	проти, всупереч, наперекір
<b>contraho, traxi, tractum, ěre</b>	укладати, встановлювати
<b>controversia, ae <i>f</i></b>	суперечка, сварка, протистояння
<b>convalesco, lui, -, ěre</b>	видужувати, рости
<b>conviva, ae <i>f/m</i></b>	гість, співтрапезник
<b>convoco, āvi, ātum, āre</b>	запрошувати, скликати
<b>copia, ae <i>f</i></b>	кількість, велика кількість
<b>copiae, ārum <i>f</i></b>	зброя
<b>coqua, ae <i>f</i></b>	кухарка
<b>cor, cordis <i>n</i></b>	серце, душа
<b>corium, i <i>n</i></b>	шкіра, ремінь, оболонка
<b>cornu, us <i>n</i></b>	ріг, фланг
<b>corono, āvi, ātum, āre</b>	завершувати
<b>corrumpo, rupi, ruptum ěre</b>	псувати, знищувати
<b>corpus, ōris <i>n</i></b>	тіло, будова
<b>cotidie</b>	щоденно
<b>cras</b>	завтра
<b>crapula, ae <i>f</i></b>	пияцтво
<b>credo, dīdi, dītum, ěre</b>	вірити, довіряти
<b>creresco, crēvi, crētum, ěre</b>	рости, посилюватися
<b>crispus, a, um</b>	кучерявий, хвилястий
<b>crudēlis, e</b>	жорсткий
<b>crux, crucis <i>m/f</i></b>	хрест, мука
<b>cubiculum, i <i>n</i></b>	спальня
<b>culpa, ae <i>f</i></b>	провина, гріх
<b>cum</b>	коли
<b>cum (з Abl.)</b>	з, із, разом з
<b>cupiditas, ātis <i>f</i></b>	пристрасть, бажання

**cupido, ĩnis f**  
**cupidus, a, um**  
**cur**  
